

confirmationis paginam in tua ecclesia perpetuis temporibus pro sui confirmatione con*servandam esse mandamus.

*f. 21.

10. Strazburgum autem idcirco in hac confirmatione non misit, quoniam illa sola ex antiqua [c]onstitutione^a reservata est Mogontiae, quando increverunt mala in terra et desolata est religio christiana quandoque saecularibus sine respectu divino quod erat libitum erat et licitum. Decreti sunt etiam eidem Mogontinae civitati perpetuo subiecti esse debere episcopi de castellis, in quibus per ordinationem ac deprecationem ipsius Bonifacii¹ Zacharias papa episcopos esse constituit², id est episcopus de castello Wirzburg et de castello Buraburg et de castello Erpesfurth, sed et postea illi episcopi, qui tempore Karoli imperatoris per studium Mogontini episcopi conversis Saxonibus, sicut praecipiant canones, ab eodem ordinati sunt vel a Pippino et ab ipso Karolo super alios principes de prima Germanie provincia adquisiti sunt, secundum nutum illius et dispositionem synodalem apostolicae sedis decreto ipsi metropoli debere esse^b subiecti.

11. Denique qualiter vices apostolicae sedis in Africa Cartaginensis episcopus et ceteri^c primates teneant, in Africanis conciliis *et in epistolis Innocentii, Bonifacii et Celestini^d qui legere *f. 21'. voluerit invenire valebit. Qualiter etiam plures in Sicili[a]^e et in aliis interiacentibus insulis atque in Brittannia seu in Hibernia vices apostolicae sedis habeant, in epistolis Leonis atque Gregorii quisque volet cognoscere valet.

12. De his aut[em]^f, qui metropolitani simul et primates provinciarum sunt et sine consultu alterius aut suffraganeos ordina[nt] aut a suffraganeis ordinantur et bina concilia per ann[os] singulos quo ipsi viderint secundum sacros canones suo arbi[tra]tu celebrant, Leo ad Theodorum Foroiulensem episcopum di[cit]³: Sollicitudinis, inquires, tuę is ordo esse debuerat, ut cum metropolitano^g tuo primitus de eo, quod quęrendum videbatur esse, conferres. Ac si id, quod ignorabat dilectio tua, etiam ipse nesciret, instrui vos pariter posceretis, quia in causis, quę ad generalem observantiam per-

^a) Zeilenanfang verblaßt.

^b) Von anderer Hand übergeschrieben.

^c) ceteri.

^d) Zwischen C und e 1 Buchstabe, wohl a, radiert.

^e) Zeilen-

ende verblaßt.

^f) Zeilenende zerstört.

^g) o am Ende korrig. aus i.

¹) Epist. sel. 1, 81 n. 50.

²) Epist. sel. 1, 87 n. 51 (J-E. 2264).

³) AMORT, *Elementa iuris canonici* 2, 537 (Sammlung von Diessen); Migne 130, 888; HINSCHIUS S. 625 (J-K. 485).